

*Q*uonodo aequalia sint, quia capiuntur à singulis omnia, & tota.

H
Ang. li. o.
de Trinit.
ca. 11. d.
Hic often-
dit quo-
modo oia
a singulis
capiuntur.

Aequalia etiam sunt, non solum singula singulis, sed etiam singula oībus alioquin non se inuicem caperent, se ait inuicem capiunt. Capiuntur n. & à singulis singula, & à singulis omnia. Memini enim me habere memoriam, & intelligentiam, & voluntatem, & intelligere me intelligere, & velle, atq; meminisse, & volo me velle, & meminisse, & intelligere.

I

Aug. li. o.
de Trinit.
cap. iii. d.

Totamque meam memoriam, & intelligentiam, & voluntatem simul memini. Quod enim minoriae meæ non memini, illud non est in memoria mea nihil autem tamen in memoria est, quām ipsa memoria, totam ergo memini. Item quicquid intelligo, intelligere me scio: & scio me velle, quicquid volo: quicquid autem scio, memini. Totam ergo intelligentiam, totamque voluntatem meam memini.

K

Idem vbi
supra.

*Q*uonodo illa tria rotat capiat intelligentia.

Similiter cum hæc tria intelligo, tota simul intelligo. neq; enim quicquam intelligibilium est, quod non intelligam, nisi quod ignoro. Quod autem ignoror, nec memini, nec volo. Quicquid ergo intelligibilium non intelligo, consequenter etiam, nec memini, nec volo. Quicquid ergo intelligibilium memini, & volo, consequenter intelligo.

L

Aug. li. o.
de Trinit.
cap. ii. 4.

Mens pro
priæ quod
dicatur.
Aug. li. 4.
de Trinit.
cap. ii. 4.

M

*Q*uonodo illa tota capiat voluntas.

Voluntas etiam mea totam intelligentiam, totamque meam memoriam caput, dum vtorum totum eo, quod intelligo, & memini. Cum itaque inuicem à singulis, & omnia, & tota capiuntur, & qualia sunt tota singula totis singulis, & tota singula simul omnibus totis, & hæc tria unum, una vita, una mens, una essentia. Ecce illius summa unitatis, atque Trinitatis, vbi una est essentia, & tres personæ, imago est humana mens, licet impar. Mens autem hic pro animo ipso accipitur, vbi est illa imago Trinitatis. Proprie vero mens dicitur (vt Augustinus) non ipsa anima, sed quod in ea est excellentius, qualiter sapientia accipitur. Ille hæc tria sciendum est, & memoria non solum est abscensum, & præteritorum, sed est presentium, vt ait Augustinus in decimoquarto libro de Trinitate. alioquin non se caperet.

*E*x quo sensu illa tria dicantur esse unum, & una essentia, quariter.

Hic attendendum est diligenter, ex quo sensu accipiendum sit, quod supra dixit illa tria, scilicet memoriam, intelligentiam, & voluntatem, esse unum, unam mentem, unam essentiam; quod vtique non vñ esse unum iuxta proprietatem sermonis. Mens enim, id est, spiritus rationalis, essentia est spiritualis, & incorporela. Illa uero tria, naturales proprietates seu uires sunt ipsius mentis, & a se inuicem differunt: quia memoria non est intelligentia, uel voluntas, nec intelligentia voluntas sive amor.

N

Dubium.

Aug. li. o.
de Trinit.
cap. 3. b

*Q*uonodo etiam ad se inuicem dicuntur relatives.

Et hæc tria etiam ad seipsum referuntur, ut ait Augustinus in nono libro de Trinitate. Mens enim amare seipsum, vel meminisse non potest, nisi etiam nouerit se. Nam quonodo amat, vel meminit quod nescit. Miro itaque modo tria ista inseparabilia sunt à seipsum: & tandem corum singuli, & simul omnia, una essentia est, cum & relatives dicuntur ad inuicem.

O

Solutio
dubii.
Aug. li. 9.
de Trinit.
cap. 4. d.
Aug. li. 15.
cap. 20. b

*H*ic aperitur, quod supra querebatur, scilicet quonodo hæc tria dicantur unum.

Sed iam videndum est, quonodo hæc tria dicantur una substantia. Ideo scilicet, quia in ipsa anima vel mente substantialiter existunt, non sicut accidentia in subiectis, quæ possunt adeste, vel absente. Vnde Augustinus in nono libro de Trinitate ait. Adiuuentur si ut cuncte vide possimmo hæc in animo existere substantialiter, non tantum in substance, vt color in corpore: quia etiæ relatives dicuntur ad inuicem, singula tamen substantia liter sunt in substantia sua. Ecce ex quo sensu illa tria dicantur esse unum, vel una substantia. Quæ tria (vt Augustinus ait in decimoquarto libro de Trinitate) in mente naturaliter diuiduntur instituta, quicquid vivaciter perficiunt, & quām magnum sit in ea, vnde potest etiam sempererna, immutabilis, natura recoli, conspicere, concupisci (remissicetur enim per memoriam, intueretur per intelligentiam, amplectetur per dilectionem) profecto reperi illius summa Trinitatis imaginem.

P

*Q*uonodo in illa similitudine est dissimilitudo.

Veruntamen caueat, ne hanc imaginem ab eadem Trinitate factam ita ei compareat,

vt